## Ordinations, Dispositions etc.

1321 Priori Vallis Omnium Sanctorum conceditur quod duas personas, illas de quibus mentionem fecit Capitulo generali, possint inuitare a domibus Vallis Sancti Joannis et Lapidis Refugii, cum pace personarum et Priorum et conuentuum dictarum domorum , aliae petitiones quas fecit non exauditur.[1]

1333 Praecipitur Priori Vallis Sancti Joannis in Seitz et Prioribus aliis Sclauoniae et Prioribus domorum in Maurbach et Apsia / Apsla (Aggsbach), quod clament per litteras culpam suam in proximo Capitulo, super eo quod ipsi in suis domibus in coenis in refectorio dari pitantiam permiserunt, et quod de coetero talia fieri non permittant.[2]

1382 Ordinamus de voluntate et consensu omnium Priorum Capituli Generalis, quod de coetero celebretur Capitulum Generale annis singulis una uice in domo Vallis Omnium Sanctorum in Alamania Superiori, alia uice in domo Montelli prope Venetias in Lombardia Propinquiori successiue, incipiendo a dicta domo Vallis Omnium Sanctorum ubi sequenti anno immediate fiet Capitulum Generale, in alio uero anno immediate fiet in dicta domo Montelli.[3]

1382 Capitulum Generale quod de coetero fiet tam in domo Vallis Omnium Sanctorum quam in Venetiis, fiet tempore contentis Institutis, sicut olim in Cartusia fieri consueuit.[4]

1382 Approbamus omnia facta donni Joannis Castoris et socii sui donni Michaelis, quae fecerunt in visitatione utriusque Alamaniæ.[5]

1383 Capitulum Generale in domo Vallis Omnium Sanctorum prope Viennam celebratum in Maurbach.[6]

---

11 John Clark (ed.), *Transumptum ex Chartis Capituli Generalis: Ab Anno 1250 Ad Anno, a V.P.D. Joanne Chauvet, Professo cartusiae & Scriba Ordinis, Analecta Cartusiana* 100:29 (1998), p. 91.

2 John Clark (ed.), *Transumptum ex Chartis Capituli Generalis: Ab Anno 1250 Ad Anno, a V.P.D. Joanne Chauvet, Professo cartusiae & Scriba Ordinis, Analecta Cartusiana* 100:29 (1998), p. 110.

3 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 12.

4 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 13.

5 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 13. The death of John Castor, Prior of Prague, is recorded in the charta for 1383: Obiit donnus Joannes Castoris, Prior Pragensis 16. Calendas Nouembris, habens monachatum. (Ibid., p. 16)

6 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 16. The charta occupies pp. 16-22 in the edition.

1384 [Urbanist General Chapter held in the charterhouse of Bologna] Ordinamus ex consensu et diffinitione totius Capituli Generalis et omnium Priorum, tam Alamanicorum quam Italicorum quam etiam Picadorum in Generali Capitulo consistentium, non obstante quacunque alia ordinatione in aliquo Capitulo facta, quod de coetero Capitulum Generale fiat in loco ubi videlicet Donnus Cartusiae residebit; ad quod Priores Almaniae Superioris et Inferioris teneantur uenire de biennio in biennium, aliis uero annis quibus omnes ad Capitulum uenire non tenentur veniant duo Visitatores uel duo Priores de qualibet Provincia, expensis Prouinciarum suarum.
Priores Angliae et Picardiae teneantur uenire omni anno bissextili ad praefatum Capitulum, aliis annis ueniat unus Prior uel conuersus quem Visitatores Prouinciarum eligent, expensis dictarum Prouinciarum.[7]
1386 Ordinamus quod in Prouinciis Alemaniae Superioris et Inferioris nullus de coetero recipiatur ad Ordinem qui antea professus fuit in Ordine Cisterciensi uel etiam Praemonstratensi, sine Capitulo Generali uel Donni Cartusiae licentia speciali.[8]
1386 ...Ideo notum facimus omnibus et singulis Prioribus Ordinis quod praefatus Pater noster Donnus Cartusiae pro isto anno uersus domus Vallis Omnium Sanctorum prope Viennam nostri Ordinis intendit personaliter se conferre, ubi proxime futurum Generale Capitulum celebrabitur, diuina gratia concedente.[9]
1386 Priori Sanctae Trinitatis [Brünn] non fit misericordia; ... Et iniungitur sibi quod infra festum Assumptionis Beatae Mariae Virginis proxime futurum teneatur mittere ad Priorem Vallis Omnium Sanctorum florenos 4 pertinentes ad domum Sancti Joannis in Seitz, ratione medietatis expensarum quae fecit in itinere eundo ad domum Sanctae Trinitatis. Teneatur etiam infra supradicti temporis spatium mittere diurnale pertinens ad dictam domum Sancti Joannis in Seitz praefato Priori domus Vallis Omnium Sanctorum.[10]

---

[7] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 29.
[8] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), pp. 43-44.
[9] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 44.
[10] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 50.

1386 Et iniungimus omnibus et singulis domibus Alemaniae Superioris, quatenus Priori Sancti Joannis in Seitz contribuant in expensis quas fecit in eundo ad domum suam, uidelicet 6 florenos pro qualibet domo soluendos.[11]
1387 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et ordinamus quod Priores Sancti Michael[12]is in Hungaria et de Bruna remittant libros ad dictam domum Vallis Omnium Sanctorum pertinentes, ad eandem. Et ordinamus quod pro donno Petro monacho eiusdem domus qui in domo Lucae manet in carcere, florenos decim annuatim eidem domui persoluere teneatur.
1388 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et approbamus ordinationem factam de domo inferiori tempore quo Donnus Cartusiae fuit in dicta domo Vallis Omnium Sanctorum [1383]. Donnus uero Joannes Waids sit in carcere ad Ordinis uoluntatem. Nouitius uero de quo scripsit Capitulo generali, si habilis non uidetur ad Ordinis obseruantias, detur ei licentia recedendi.[13]
1389 Ordinamus quod domus Vallis Omnium Sanctorum visitetur ab uno Visitatorum, scilicet Priore Pragae, cum socio quem ad hoc duxerit eligendum.[14]
1389 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[15]
1390 … ordinantes quod domus Vallis Omnium Sanctorum visitetur ab uno Visitatorum, scilicet Priori Pragensi, cum socio quem ad hoc elegerit.[16]
1390 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et acceptamus et confirmamus ordinationem factam per Donnum Cartusiae, quod domus inferior mutetur in grangiam et personae Ordinis habitent in monasterio, quia non decet nec est laudabile nec tutum pro animabus, quod inter domum superiorem et inferiorem sit uilla ubi homines et mulieres diuersae

[11] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 51.
[12] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 58.
[13] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 68.
[14] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 82.
[15] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 85.
[16] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 99.

conditionis, aetatis et sexus noscitur habitare. Et ex nunc in antea imponimus silentium Visitatoribus et aliis personis Ordinis super hac materia.[17]
1391 Eligimus Priores domorum Vallis Sancti Mauricii, Vallis Iocosae, Vallis Omnium Sanctorum et Portae Beatae Mariae in Axpach, qui si et quando necessitas hoc requireret possint una cum Donno Cartusiae Capitulum priuatum celebrare, et de Vicario Ordinis prouidere usque ad sequens Capitulum generale in casu quo dictus Reuerendus Pater noster Donnus Cartusiae solueret debitum uniuersae carnis.[18]
1391 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia; et concedimus sibi, quod possit licite ad Ordinem recipere illum de Ordine Paulinorum pro quo una cum suo conuentu cum instantia supplicauit.[19]
1392 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et in molendino prope domum non habitent absque societate alterius comuersi uel honesti famuli, super quo ipsius Prioris oneramus conscientiam; et concedimus quod in hospitali eorum, facta prius sequestratione, Prior et aliae personae Ordinis possint necessaria negotia expedire, sed minime ibidem pernoctare.[20]
1392 Priori Throni fit misericordia. Et committimus Prioribus domorum Vallis Omnium Sanctorum et de Axpach ut indilate se transferant ad eandem domum, electionem de futuro Priore confirmaturi, onerantes eorum conscientias quod in personam non idoneam ad regimen tantae domus nullatenus consentiant.[21]
1393 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[22]
1393 Priori domus Montis Omnium Angelorum fit misericordia. Et quia conuentus ibidem commisit Capitulo Generali uoces suas, praeficimus in Priorem dictae domus donnum Georgium Vicarium Vallis Omnium Sanctorum in Maurbaco.

---

[17] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 103.
[18] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 117.
[19] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 121.
[20] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 133.
[21] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 133.
[22] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 149.

1393 Ordinamus quod omnes Priores Alemaniae Superioris, exceptis Prioribus domorum Vallis Sancti Antonii et Lapidis Refugii, Vallis Auxilii, de Stetin et Prussiae, ad Capitulum Generale ueniant singulis annis.[23]
1394 Visitatores Prouinciarum singulis annis ueniant ad Capitulum Generale, uel saltem alter ipsorum, sub expensis Prouinciae. Et ordinamus quod omnes Priores Alemaniae Superioris, exceptis Prioribus domorum Vallis Sancti Antonii et Lapidis Refugii, Vallis Auxilii, Stetin et Prussiae, ad dictum Capitulum ueniant singulis annis.[24]
1394 Priori Vallis Sancti Michaelis not fit misericordia. Et iniungimus sibi expresse, ut illos libros qui pertinent ad Vallem Omnium Sanctorum eis absque dilatione restituat; iniungentes etiam Priori Vallis Omnium Sanctorum ut librum pertinentem ad Vallem Sancti Michaelis restituat.[25]
1394 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et concedimus sibi quod possit promouere fratrem N. redditum ad sacerdotium.[26]
1394 Priori Portae [Aggsbach] non fit misericordia. ... Et donnus N. qui est in eadem domo reuertatur ad Vallem Omnium Sanctorum suae uktimae professionis.
1395 ... domum uero Throni [Gaming] et Pragae visitabunt Priores Vallis Omnium Sanctorum et Portae Beatae Mariae [Aggsbach]; domum uero Vallis Omnium Sanctorum et Portae Beatae Mariae [Aggsbach] visitabunt Priores Vallis Sancti Mauritii [Gairach] et Brunae; ....[27]
1395 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[28]
1395 Priori Sancti Michaelis in Hungaria non fit misericordia. ... Et satis miramur quod conuentus dictae domus secundum ordinationem factam anno praeterito in Capitulo Generali non restituit libros pertinentes ad domum Vallis Omnium Sanctorum; ordinantes quod Prior qu nunc est uel qui pro tempore fuerit eosdem libros restituat efficaciter infra sequens Capitulum Generale, alias Prior sit extra sedem suam donec praedicta cum effectu

---

[23] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 1: 1380-1393* (1997), p. 150.
[24] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 162.
[25] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 162.
[26] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 163.
[27] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 174.
[28] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 176.

impleuerit; iniungentes etiam Priori Vallis Omnium Sanctorum quod librum uel libros pertinentem uel pertinentes ad domum Sancti Michaelis infra dictum tempus et sub eisdem poenis eidem domui restituat; et monemus conuentum dictae domus Sancti Michaelis, ut de coetero ordinationibus Capituli Generalis sit magis obedientes, alias per dictum Capitulum puniantur.[29]
1395 Priori Sanctae Trinitatis prope Brunam non fit misericordia. ... Et donnus Nicolaus monachus Sancti Johannis in Seitz et ad praesens in dicta domo hospes, reuertatur ad dmum Vallis Omnium Sanctorum ad professionem, in qua primo fuit professus.[30]
1396 Eligimus Priores Vallis Sancti Mauricii, Omnium Sanctorum, Mediolani et Florentiae, qui si et quando necessitas hoc requireret possint cum Donno Cartusiae Capitulum priuatum celebrare. Et in casu quo contingeret Reuerendum Patrem nostrum Donnum Cartusiæ soluere debitum uniuersae carnis, quod praefati Priores electionem per conuentum de Seitz canonice factam de Donno Cartusiae habeant confirmare, si talem elegerint quem idoneum ad regendum Ordinem nostrum ualeant iudicare, alioquin nullatenus consentiant; in quo eorum conscientias oneramus. Et in casu quo aliquis uel aliqui ipsorum essent legitime praepeditus uel praepediti, alii possint loco ipsius uel ipsorum alium uel alios ad huiusmodi actum conuocare.[31]
1396 Donnus Cartusiae eligit infrascriptos Priores, uidelicet Londoniarum, Coloniae, Herbipolensem, Omnium Sanctorum, Sancti Bartholomaei de Trisulto, Mediolani et Florentiae, qui Priores authoritate domini Papae concessa Donno Cartusiae habebunt plenum potestatem in foro et in casibus conscientiae, absoluendi quascunque personas Ordinis ab omni vinculo excommunicationis &c., prout in conessione felicis recordationis Summorum Pontificum Gregorii et Urbani plenius continetur; quibus etiam committitur quod possint quoscunque schismaticos absoluere, ex authoritate Ordini nuper concessa per dominum nostrum Bonifacium Papam nonum.[32]

---

[29] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 178.
[30] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 178.
[31] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), pp. 189-190.
[32] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 190.

1396 Priorem vero Pragae visitabunt Priores Vallis Omnium Sanctorum et Brunae; ....[33]
1396 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et habeat patientiam in officio propter Deum.[34]
1397 Eligimus Priores Vallis Sancti Mauricii, Vallis Omnium Sanctorum, Mediolani et Bononiae, qui si et quando necessitas hoc requireret possint &c. Et in casu quo contingeret Reuerendum Patrem nostrum Donnum Cartusiæ soluere debitum uniuersae carnis uel aliter resignare, ordinamus quod praefati Priores, &c.[35]
1397 Donnus Cartusiae eligit infrascriptos Priores, uidelicet Londoniarum, Coloniae, Herbipolensem, Portae [Aggsbach], Omnium Sanctorum, Mediolani, Sancti Bartholomaei de Trisulto, Florentiae; qui Priores habebunt plenum potestatem, &c., quibus etiam idem Prior Cartusiae committit quod possint absoluere quoscunque schismaticos uel praesenti schismati inuolutos, et dispensare cum eis super irregularitatibus &c., prout in privilegio domini nostri Bonifacii Papae 9 nuper Ordini nostro concesso plenius continetur.[36]
1397 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et habeat patientiam in officio prioratus propter Deum.[37]
1397 Priori domus Throni [Gaming] non fit misericordia. ... Et frater Petrus dictae domus conuersus uadat ad domum Vallis Omnium Sanctorum pro hospite ad Ordinis uoluntatem, pro cuius cambio Prior Omnium Sanctorum possit mittere eidem domui Throni unum alium conuersum domus suae similiter pro hospite, ad libitum suae uoluntatis.[38]
1398 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[39]

---

[33] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 190.
[34] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 13894-1400* (1997), p. 192.
[35] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 207.
[36] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 207.
[37] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 208.
[38] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 209.
[39] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 225.

1399 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et donnus Philippus propter peruersitates suas stet in carcere ibidem ad Ordinis uoluntatem, tanquam in domo primæ suæ professionis.[40]
1400 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et de bonis de quibus conuentus scripsit Capitulo Generali, et de quibus sibi faciunt scrupulum, faciant secundum consilium iuris peritorum.[41]
1401 Domum uero Sancti Michaelis in Hungaria visitabunt Priores Vallis Omnium Sanctorum et Portae [42][Aggsbach].
1401 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et ualde miramur, quod cum alias fuerit ordinatum per Generale Capitulum quod donnus Philippus stet in dicta domo tanquam in domo suae primae professionis, conuentus iterum super id scribit. Vnde tenore praesentium imponimus eis silentium perpetuum de monacho praedicto, et iniungimus Priori Cellae Salutis [Tückelhausen] quod conuersum suum apostatam ibique detentum uel recipiat, uel soluat pro ipso expensas annuatim ab Ordine praetaxatas.[43]
1401 Priori Brunae non fit misericordia. Et exhortamur eum in Domino, ut habeat patientiam in tribulationibus et pressuris suis propter Deum. ... Et speramus in diuina misericordia quae usque in praesens monasterium conseruauit, quod similiter in antea conseruabit illaesum; tamen si, quod Deus auertat, casus de quo scribit occurrerit, habeant refugium ad domum Throni [Gaming] et ad domum Vallis Omnium Sanctorum donec eis per Domnum Cartusiae uel Capitulum Generale fuerit aliter prouisum.[44]
1401 Priori Portae [Aggsbach] non fit misericordia. ... Et committimus Prioribus Vallis Omnium Sanctorum et Throni [Gaming], ut de ostio pro quo petiuit ordinent et disponant prout honestati Ordinis et commoditati conuentus uiderint opportunum; super quo eorum conscientias oneramus.[45]

---

[40] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 244.
[41] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 2: 1394-1400* (1997), p. 262.
[42] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 278.
[43] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 279.
[44] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 281.
[45] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 281.

1402 Eligimus Priores domorum Vallis Iocosae, Omnium Sanctorum, Mediolani et Montelli, qui si et quando, &c. *(ut semper).*[46]
1402 Prouinciam Alemaniae Superioris visitabunt Priores Vallis Omnium Sanctorum et Portae [Aggsbach]; domos uero Omnium Sanctorum et Portae Donnus Cartusiae ordinabit visitandas.[47]
1402 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[48]
1402 Priori Cellae Salutis [Tückelhausen] ad sui magnam instantiam et propter infirmitates fit misericordia. Et iniungimus futuro Priori ut recpiat conuersum suum in domo Omnium Sanctorum uel soluat pro eo.[49]
1403 Prouinciam Alemaniae Superioris visitabunt Priores Vallis Omnium Sanctorum et Portae [Aggsbach].[50]
1403 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et concedimus licentiam de possessionibus extra terminos possidendis, quam a Capitulo Generali petiuerunt; uolumus tamen quod fiat unum inuentarium de omnibus illis possessionibus, et praesentetur Donno Cartusiae.[51]
1404 Prouinciam Alemaniae Superioris visitabunt Priores Vallis Omnium Sanctorum et Portae Beatae Mariae [Aggsbach]; ....[52]
1404 ... domum Vallis Omnium Sanctorum visitabunt Priores Hollandiae et Erfordiae; ....[53]
1404 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[54]
1405 Eligimus Priores domorum Vallis Jocosae, Vallis Omnium Sanctorum, Bononiae et Montelli, qui si et quando, &c., alioquin nullatenus consentiant; super quo conscientias eorum oneramus.[55]

---

[46] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 292.
[47] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 292.
[48] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 293.
[49] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 295.
[50] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 304.
[51] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 306.
[52] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 323.
[53] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 323.
[54] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 324.

1405 Prouinciam Alemaniae Superioris visitabunt Priores Vallis Omnium Sanctorum et Portae Beatae Mariae [Aggsbach].[56]

1405 Domum autem Vallis Jocosae visitabunt Priores Vallis Omnium Sanctorum et Florentiae.[57]

1405 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[58]

1406 Eligimus Priores domorum Vallis Iocosae, Vallis Omnium Sanctorum, Bononiae et Montelli, qui se [*sic*] et quando, &c, priuatum Capitulum celebrare, &c.[59]

1406 Prouinciam Alemaniae Superioris visitabunt Priores domorum Vallis Omnium Sanctorum et Throni Beatae Mariae [Gaming].[60]

1406 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[61]

1407 Eligimus Priores domorum Vallis Omnium Sanctorum, de Girio, Vallis Iocosae et Montelli, qui si et quando, &c, priuatum Capitulum &c., *ut semper.*[62]

1407 Prouinciam Alemaniae Superioris visitabunt Priores domorum Vallis Omnium Sanctorum et Throni Beatae Mariae in Gemniko [Gaming][63].

1407 Domum Vallis Jocosae visitabunt Priores Vallis Omnium Sanctorum et Lucae; ... Domos Vallis Omnium Sanctorum et Throni Beatae Mariae [Gaming] visitabunt Priores Moguntiae et Nuremburgae, dispensantes hac uice cum Priore Nurembergae pro eo quod filius sit domus Throni.[64]

---

55 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 337.

56 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 338.

57 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 338.

58 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 339.

59 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 356.

60 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 356.

61 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 358.

62 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 376.

63 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 376.

64 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 377.

1407 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[65]
1407 Et quia nouimus domum Pragae pastore orbatam, de uoluntate conuentus et ad instantiam ipsius praeficimus in Priorem dictae domus donnum Marchardum dictae domus, dispensantes cum eo authoritate plenaria, quia non stet in Ordine per terminum iuxta formam Statutorum; et iniungimus ei, quod absque notabili mora mittat Donno Cartusiae uel Priori Vallis Omnium Sanctorum tres ducatos pro taxa Capituli, et unum ducatum pro Procuratore Ordinis; mittat etiam totidem pro simili causa quos venerabilis eius praedecessor recepit a Priori Stetinensi, sicut aperte scripsit Priori Cartusiae in praesenti Capitulo.[66]
1408 Eligimus Priores domorum de Girio, Vallis Iocosae, Vallis Omnium Sanctorum et Montelli, qui, &c., priuatum Capitulum celebrare, &c.[67]
1408 Prouinciam Alemaniae Superioris visitabunt Priores Vallis Omnium Sanctorum et Vallis Josaphat (Olmütz).[68]
1408 Priori Vallis Iocosae non fit misericordia. Sed committimus Prioribus Vallis Omnium Sanctorum et Erfordiae, ut facto Capitulo statim uadant ad eandem domum, ipsamque uisitent cum nostra plenaria potestate.[69]
1408 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia. Et concedimus sibi, quod possit mittere donnum Nicolaum de Seitz ad domum Portae [Aggsbach], et loco eius recipere donnum Comodum de Franconia profeſssum domus Portae ad hospitanduum ad Ordinis uoluntatem.[70]
1409 Quod si supradictum Capitulum priuatum (*nempe de quo supra conuocando in domo Argentinae, uide ibi:* Quia proh dolor, &c.[71]) et donnus

[65] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 378.
[66] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), pp. 378-379.
[67] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 392.
[68] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 392.
[69] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 394.
[70] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 394.
[71] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), pp. 405, 407: Quia proh dolor nostris peccatis exigentibus his temporibus magna in Ecclesia Dei surrexit tribulatio, de cuius sedatione necdum quidquam certi nos percepisse multum dolemus; Et licet multum speremus in proximo fore consolationem nostram, timemus tamen nisi amicorum Dei interueniat oratio, maiorem nobis scissuram nec non

Cartusiae remaneret in loco ubi nunc est, tunc eligimus Priores domorum in Girio, Vallis Iocosae, Vallis Omnium Sanctorum, et Montelli, qui si et quando, &c., priuatum Capitulum celebrare. Et in casu, &c., oneramus.[72]
1409 Prouinciam Alemaniae Superioris visitabunt[73] Priores in Girio et Vallis Omnium Sanctorum.
1409 Priori Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[74]
1409 Priori Vallis Auxilii [Tarkan] non fit misericordia. ... Et pro solatio solitudinis suae, ordinamus quod donnus Nicolaus de Scheibs monachus Vallis Omnium Sanctorum uadat ad praedictam domum Vallis Auxilii [Tarkan].[75]
1410 Priori domus Sancti Joannis in Seix [Seitz] facta est misericordia. Et confirmationem sui noui Prioris committimus Prioribus Vallis Sancti Mauritij in Girio et Vallis Omnium Sanctorum in Maurbaco; ....[76]
1410 Priori Vallis Omnium Sanctorum in Maurbaco non fit misericordia.[77]

---

tribulationem super tribulationem imminere; Obsecramus igitur in visceribus Jesu Christi omnes personas Ordinis nostri quatenus Patrem misericordiarum et Deum totius consolationis fideliter exorent, ut is cuius spiritu totum corpus Ecclesiae sanctificatur et regitur omnes praelatos ecclesiasticos nec non principes seculares, quorum interest pro Ecclesiae Sanctae unitate et pace per Spiritum Sanctum quem olim cordibus fidelium interfuerit, regat et dirigat ut et nos in breui de eiusdem Sancti Spiritus mereamur consolatione et de Sanctae Ecclesiae unitate gaudere. Et ob hoc in qualibet domo Ordinis duo tricenaria de Spiritu Sancto imponantur. Cum autem non solum Sanctae Ecclesiae sed etiam sancti Ordinis nostri affectuosissime desideremus unionem, Ordinamus quod audita et promulgata unione Ecclesiae, Reuerendissimus Pater noster Donnus Cartusiae sine notabili mora se disponat et ad domum Montis Beatae Mariae prope Argentinam nostri Ordinis accedat, conuocatis ibidem patribus Prioribus quos idem Reuerendus pater noster duxerit aduocandos, cum quibus celebrare possit secundum Statuta nostra Capitulum priuatum. Ad quem locum etiam, si uidebitur, aliqui de patribus alterius obedientiae qui ad hoc sicut et nos affectuose uidentur inclinati conuocentur, ibique Spiritu Sancto inuocato tractetur de sancti Ordinis nostri pacifica unione. Et quidquid ibidem Reuerendissimus pater noster cum coeteris patribus de hac materia concluserit, per totam Ordinis nostri obedientiam roboris uolumus habere firmitatem.

[72] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), pp. 410-411.

[73] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 411.

[74] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 412.

[75] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 413.

[76] John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 424.

1410 [Visitatores] Prouinciam Alemaniae Superioris: Priores Vallis Omnium Sanctorum et Angelorum & Pragae.[78]
1410 Vallis Omnium Sanctorum in Morbaco *listed among the houses belonging to the* Prouincia Alemaniae Superioris.[79]
1411 Priori Vallis omnium Sanctorum non fit misiericordia, et Domnus Philippus remaneat ubi est sicut alias fuit in Capitulo ordinatum, et ad instantiam Prioris et Conuentus restituimus uocem Domno Marco sub spe bonae emendationis.[80]
1411 [Visitatores Prouinciarum] Prouinciam Alamaniae Superioris Priores Vallis omnium Sanctorum et Pragae.[81]
1411 Reuerendus Pater noster Domnus Cartusiae eligit infrascriptos Priores qui habeant authoritatem Sedis Apostolicae in casibus conscientiae Sedi Apostolicae reseruatis, dispensandi secundum formam priuilegii, uidelicet, Repausatorii, Vallis benedictionis, bonae fidei, Siligniaci, Diuionis, de Witam, Vallis uiridis, Nurembergae, Moguntiae, Vallis omnium Sanctorum[,] de Girio, Papiae, Guelriae, Celimaniae, Prague, Antuerpiae, et Montis Sancti Ludouici.[82]
1412 Priori Vallis omnium Sanctorum non fit misericordia.[83]
1413 Priori Vallis omnium Sanctorum non fit misericordia.[84]

---

77 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 424.

78 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 3: 1401-1410* (1997), p. 425, - *the addition* et Angelorum *must be an error on the part of the copyist of the Seitz ms., as the charterhouse of Schnals was dedicated to* All the Angels.

79 John Clark (ed.), *The Urbanist Chartae including the Chartae of the Avignon Obedience to 1410, Analecta Cartusiana* 100:25, *Vol. 4: The Avignon Chartae; The Spanish Chartae; Collation* (1997), p. 501 (The Avignon Chartae).

80 James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), p. 16.

81 James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), p. 17.

82 James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), p. 18.

83 James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), p. 28.

1413 Priori domus Throni [Gaming] non fit misericordia, et ad supplicationem conuentus dictae domus concedimus quod domnus leonardus praefatus eorum prior non possit postulari, nec auferri a Conuentu domus omnium Sanctorum absque speciali licentia Capituli generalis, exhortantes eundem Conuentum domus throni seriose in domino, quatenus cum priore suo stent pacifice, et concorditur eidem cum debita subiectione in omnibus humiliter obediendo, et nequaquam a modo occasiones quaerant in ea quae communi possent esse aduersa, et fraternae Charitati contraria prout antea facere consueuerunt, si diuinam et Capituli generalis uoluerint districtam effugere ultionem.[85]
1413 Priori domus Sancti Michaelis in Hungaria (Leweld) non fit misericordia, et committitur Priori Vallis omnium Sanctorum quod citius quam commode fieri poterit uadat ad dictam domum Sancti Michaelis in hungaria ad decidendas quaerelas eiusdem domus contra dictum Priorem Brunae generali Capitulo propositas, et ei faciat misericordiam si uidebitur expedire.[86]
1414 Priori domus omnium Sanctorum non fit misericordia.[87]
1415 Priori d*omu*[s] Vallis Omnium SS. non fit misericordia.[88]
1416 Priori domus Vallis omnium Sanctorum non fit misericordia.[89]
1417 Priori domus Vallis Sancti Antonii non fit misericordia, et conceditur eis quod si noluerint secum retinere domnum Nicolaum hospitem de Maurbaco possint eum remittere ad domum suae professionis, ita ut

---

[84] James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), p. 43.
[85] James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), pp. 43-44.
[86] James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), p. 44.
[87] James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), p. 59.
[88] John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1217-1437. A Supplement. (MS. Grande Chartreuse 1 Cart 16), Analecta Cartusiana* 100: 44 (2009), p. 62.
[89] James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), p. 73.

domnum Gilbertum eorum quondam priorem nuper absolutum ad professionem recipere teneantur loco eius.[90]

1417 Priori domus omnium Sanctorum non fit misericordia.[91]

1418 Priori d*omu*s Vallis Omnium SS. non fit misericordia. Concessionem secundum divisionem Priorum trium domorum in Austria, scilicet Vallis Omnium SS., Throni B*eatae* M*ari*ae, et Portae B*eatae* M*ari*ae in Axpach [Aggsbach] anno praeterito (1417) factam, iterato concedimus. Tres domus in Austria, videlicet Maurbach, Gemnicum [Gaming], et Axpach, petunt ut propter officium "Pro Cruce signatis" contra Hussitas, quod Cardinalis injunxit, cum septem psalmis et litaniis et aliis ceremoniis, possint semel in hebdomada unam Missam anniv. reddere in privato, et Missam praedictam solvitur in conventu; conceditur a Reuerendo Patre.[92]

1419 Priori d*omu*s Vallis Omnium SS. non fit misericordia; de incarcerato d*omu*s in Maurbach, de quo scribunt, committimus Visitatoribus; et iniungitur ei, quatenus ad futurum Capitulum portat vel dirigat privilegium, scilicet (*au lieu de* scilicet, *Chauvet dit:* si habet) de recuperanda haereditate professorum nostrorum. (*ita et D. Chauvet pour cette injonction*).[93]

1420 Priori domus Vallis omnium Sanctorum ad sui magnam instantiam et propter senium ipsius fit misericordia, et quia in uisitatione proxima conuentuales illius domus ordinationibus uisitatorum recalcitrando in eorum praesentia se pertinaciter opposuerunt, uolumus ut quilibet eorum qui in hac rebellione culpabilis extitit, trina uice ad terram in refectorio sine pitantia comedat et totidem in Capitulo recipiat disciplinas, procurator uero qui plus caeteris rebellauit asserens se potius uelle domum ipsam exire quam eorum subiici ordinationi, sit ab officio procurationis absolutus, et nihilominus omnia quae dicti uisitatores ordinauerunt approbamus et confirmamus praecipue de celaturarum in stallis chori contra simplicitatem ordinis curiose factarum amotione, et hoc effectualiter exequantur infra unius mensis

---

[90] James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), p. 88.

[91] James Hogg [ed.], *MS . Grande Chartreuse 1 Cart. 15: Cartae Capituli Generalis 1411-1436, Vol. 1: 1411, 1412, 1413, 1414, 1416, 1417, Analecta Cartusiana* 100:7 (1985), p. 89.

[92] John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1217-1437. A Supplement. (MS. Grande Chartreuse 1 Cart 16), Analecta Cartusiana* 100: 44 (2009), pp. 67-68.

[93] John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1217-1437. A Supplement. (MS. Grande Chartreuse 1 Cart 16), Analecta Cartusiana* 100: 44 (2009), p. 72.

spatium a praesentium receptione, et caueant ne de caetero consilium [similia *inserted interlinear*] uisitatoribus facere praesumant, alias ab ordine grauis punientur.[94]

1421 Priori d*omu*ˢ Vallis Omnium Sanctorum non fit misericordia.[95]

